

diuide igitur 60. per 5. & exeunt 12. & tot erunt anguli solidi corporis 20. basium triangularium, & ita in corpore duodecim basium pentagonarum tres anguli plani constituunt solidum diuide igitur 60. per 3. exit 20. igitur tale corpus 12. basium pentagonarum habebit 20. angulos solidos, & ita in corpore 72. basium quarum 24. sunt trigone & 48. quadrangulæ fuit summam multiplicationis 264. & quia omnes anguli solidi in eo constant ex 4. angulis planis exceptis duobus extremis qui constant ex 12. planis singuli multiplica 2. in 12. fiunt 24. aufer à 264. remanent 240. diuide 240. p. 4. quia constant ex 4. angulis planis exeunt 60. anguli solidi quibus additis 2. qui constant vt dictum est ex 12. planis singuli fiunt omnes anguli solidi corporis 72. basium 62. & hæc est regula generalis pro omnibus corporibus siue regularibus siue non, siue æquilateris siue non, quam posuit Hipsiclus Alexandrinus Philosophus Græcus & est verissima.

146 Auferas ex 7. & 5. duos numeros in proportione 13. ad 9. ita quæ residua remaneant æqualia, scias duo primum quod necessarium est vt numeri auferendi sint in proportione maiore quam illi à quibus auferitur quare erunt 13. ad 9. in proportione maiore quam 7. ad 5. & hoc vbi detractio fienda sit ex ordine videlicet vt maior à maiore & minor à minore si detrahendus & hoc est quia duorum numerorum quorum differentia est eadem cum differentia aliorum duorum proportio minorum maior est & maiorum minor, nota secundò quod hæc quæstio potest solui per algebra faciliter, & per regulam de modo verumtamen admiror stupiditatem illorum quibus videtur inuenisse quod magnum cum inuenerint regulas nullius utilitatis, fac igitur vt vides detrahendo 5. à 7. remanent 2. detrahendo 9. à 13. remanent

7	13
2	4.2
5	9
13	9
2	2
$6\frac{1}{2}$	$4\frac{1}{2}$
7	5
$6\frac{1}{2}$	$4\frac{1}{2}$
$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$

4. diuide 4. per 2. exeunt 2. diuide igitur per hoc exiens quod est 2. ipsum 13. exit $6\frac{1}{2}$ & similiter diuide 9. per 2. exit $4\frac{1}{2}$ detrahe igitur $6\frac{1}{2}$ à 7. & $4\frac{1}{2}$ à 5. remanent $\frac{1}{2}$ ex vtraque parte quod est propositum, & ita detraixisti $6\frac{1}{2}$ & $4\frac{1}{2}$ qui sunt in proportione 13. ad 9. & à 7. & 5. remanserunt quantitates æquales videlicet $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$

Posses etiam dicere detrahe eandem quantitatem ex 7. & 5. vt residua sint proportione 13. ad 9. nam cum inuenisti quod detractis $6\frac{1}{2}$ & $4\frac{1}{2}$ vtrinque remanent $\frac{1}{2}$ igitur detracto $\frac{1}{2}$ ab vtroque remanebunt $6\frac{1}{2}$ & $4\frac{1}{2}$ quæ sunt in proportione 13. ad 9. quod est propositum & est quasi controuersum.

Diuide 10. per 3. p. R. cu. 5. in capitulo

147 quinquagesimo primo regula decima septima demonstratum est qualiter diuiditur 10. per 3. m. R. cu. 5. hic autem quæritur, quomodo per 3. p. R. cu. 5. inuenias igitur suum recisum quod est 3. m. R. cu. 5. deinde proportionale quod est quadrando R. cu. 5. fit R. cu. 25. diuide per 3. cubatum quod est 27. exit proportionale R. cu. $\frac{25}{27}$ vt prius hoc addde semper reciso fiet recisum 3. m. R. cu. 5. p. R. cu. $\frac{25}{27}$ multiplica igitur recisum per diuidendum exit 30. m. R. cu. 5000. p. R. cu.

Diuidendus 10.
 Diuisor 3. p. R. cu. 5.
 Recisum 3. m. R. cu. 5 p. R. cu. $\frac{25}{27}$
 30. m. R. cu. 5000. p. R. cu. 925. $\frac{25}{27}$
 9. p. R. cu. $\frac{125}{27}$ quod est $10\frac{2}{3}$

925 $\frac{25}{27}$ multiplica in diuisorem fit abiectis superfluis productum 9. p. R. cu. $\frac{125}{27}$ & hoc necessario semper habet R. cubicam quæ est $1\frac{2}{3}$ quare diuisor est $10\frac{2}{3}$ & hoc differt necessario tantum ab 9. quadrato 3. quantum differt $7\frac{1}{3}$ vbi diuisio esset fienda per 3. m. R. cu. 5. & similiter diuidendum est 30. m. R. cu. 5000. p. R. cu. 925. $\frac{25}{27}$ & differt tantum à diuidendo alio, quia hic ponitur R. cu. 5000. m. & ibi ponitur p. diuide igitur 30. m. R. cu. 5000. p. R. cu. 925. $\frac{25}{27}$ per $10\frac{2}{3}$ vt fecisti in regula decima septima & exiens est quod prouenit diuiso 10. per 3. p. R. cu. 5.

148 Quidam iuic in mercataram cum quantitate balarum serici & lucratus est duas radices eius quod attulit, deinde dedit mutuo alteri dimidium lucri, & ille lucratus est cubum & censum census eius quæ mutuo accepit, facta autem restitutione secundus habuit 2. p. quam primus, & valor omnium balarum setæ lucratarum fuit ducati mille, hic animaduerto duo ne hallucineris, primum quod cum dico quod secundus habuit 2. p. quam primus, non intelligo quod habeat ducatos 2. plus sed duas balas setæ quod se habent ad rem per modum vnitatis secundo animaduerte quod cum dico lucrum totum excipio capitale primi, cum igitur secundus habuerit 1. cu. p. 1. ce. ce. & habuit 2. p. quam primus, habebat autem primus 1. ce. p. 2. co. igitur 1. ce. ce. p. 1. cu. æquatur 1. ce. p. 2. co. p. 2. igitur transponendo fiet 1. cu. m. 1. æqualis 1. ce. p. 2. co. p. 1. m. 1. ce. ce. quia illud 2. p. diuiditur dando vnitatem alteri parti quæ fit m. quare quæres communem diuisorem qui est 1. ce. p. 1. co. p. 1. diuiso igitur 1. cu. m. 1. per dictum diuisorem exit 1. co. m. 1. diuiso etiam 1. ce. p. 2. co. p. 1. m. 1. ce. ce. per 1. ce. p. 1. co. p. 1. exit 1. co. p. 1. m. 1. ce. igitur dicta exeuntia sunt æqualia videlicet 1. co. m. 1. & 1. co. p. 1. m. 1. ce. quare de-

1. cu. m. 1.
 1. ce. p. 1. co. p. 1. | 1. co. m. 1.
 1. ce. p. 2. co. p. 1. m. 1. ce. ce.
 1. ce. p. 1. co. p. 1. | 1. co. p. 1. m. ce.

trahendo vnum ex alio fiet 1. ce æqualis 2. igitur la. co. valet R. 2. primus igitur habuit primo censum id est 2. & lucratus est duas R. eius quod est R. 8. habebat igitur in totum R. 8. p. 2. & quia secundus habuit 2. p.